



foffet, und andern *Carmina* Vol. II.

A. W. 75. Quart.

4.

Ca

8. 9.

9. 10.

10. 11.

Ca

11.

12.

14.

15.

16. 17.

Ca

18.

19.

20.

21. 22.

23.



25.
27.

PIA ET ORTHODOXA
MEDITATIO
de PASSIONE
**SALVATORIS
NOSTRI JESU
CHRISTI**

Viris Clarissimis, Doctiss: & Excellentiss:

DN. THEOPHILO HOMODEO.
DN. JOHANNI GLASERO.
Phil, & Med. D.D.

*Juxtim &
Nobilissimis, Ampliss: & Spectatiss:*

DN. GREGORIO Dackaw
DN. LUDOWICO Ezierenberg
DN. MICHAELI Rämmerling
illis Civibus & Mercatoribus Dantiscanæ
Reipub. florentiss:

Huic patritio Dant, incluto
Dnnum. Prolis Musæ & sautoribus & promotoribus optimis aeternum
honorandis,

Conscripta & oblata à
MICHAEL E GELINGIO Leopolit.

ANNO 1624.

(*) ၁၆၃

C Ur qui theologas sacro sancti codicis umbras
Di vinâ mentis animati flaminis aurâ.
Explicitas scriptis & vivâ voce refundunt.
Mille sonant verbis cædes Christique labores.
Exponunt varios tristesq; , à tempore primum.
Murmura quo videas non intellecta profari
Tessera quos urget , fallax quibus alea curæ est.
Ille referre modum satagit , quo captus in horto
Judicis ad tetrici Salvator ducitur ædes
Hic vero moveat quo plus pia corda , solerti
Auditorum animos curâ instruit , omne tristi
Ut vectis reserans cæli penitralia , (nunquam
Ille suum tenui maculavit crimine nomen .)
Membra cruci in famæ suffixus amore suorum
Conditor humani generis , tamen ipse (quid istuc ?)
Poscit opem humanam ; misereri nescia sed gens
Immemor Isacidum proh spernit verba precantis.
Rari quippe boni numero vix sunt totidem , quo
Thebarum portæ vel divitis ostia Nili.
Ultimus enumerat tandem (stupor occupat artus
Proh quis dum resero ? quis non moveatur iniquis.
Unica fidentum ceu spes fidissima Christus
Æternæ lucis splendor nitidissimus , orci
Devictor reserans , & nullo crimen notus
Post tot perversæ gentis delucida , risus ,
Migravit moriens humanæ è carcere vitæ.
Ergo quid in præsens hæc dicta relinquere tempus
Præstat , & à mystis magis exhibuisse juvabit . ?
Scilicet id præsens sibi poscere temporis ortus
Materies ut & ipsa olet cum passio lœtum.
Quem Christus retulit , (ceu natum) à morte triumphum
Trinâluce quidem præcessit & athere ummo
Terra , cum pelago densavit tristia multum.
Altera causa refert , cur mystica turba ubi isthoc

Tempus

Tempus tot spargat de Christi morte loquelas.
Circiter hoc etenim tempus moderator olympi
Unde fluit rerum cunctis farraga bonarum.
Ampla sinu quiquid complectitur orbita mundi.
Ætherea & quæcunq; vides regione moveri
Vectibus absque ullis: sine materie, omnia solo
Condidit, hem verbo: nitidi soror & mula Phœbi
Heliadum & genitor, sic astra micantia cælo
Tum demum formam meruere elementaque primum
Esse suumq; pecus quodvis sibi jungere cœpit.
Turpiter hoc ipso spacio contemnere Jovam,
Maluit & Sathanæ socium se jungere Adamus.
Tum vetus à magno genus Israèle profectum
Rubra mari liquidi per flumina duxit & hostem.
Præcipitem in tanto fluetu dedit omnipotens Rex.
Insuper & Silo, quem nulla potentia sternit
Tempestate sub hac miserè crucifigitur: obit,
O immensa igitur pietas beneficiaque Christi
Semper cum summō cuivis miranda stupore.
Quis, nisi Thebano crassoque sub aère natus
Arcadico & pecori similis betamque imitatus
Hunc summum summi non grato pectore amorem.
Noscat, & in meritas excurrat carmine laudes.
O me felici speculator ab arbore Phœbus
Pierjāvates cinxisset tempora lauro
Quam vellem (proh velle meum sit posse) modo mi
Si major juvencis impleret Spiritus annos
Ut satis ad tantæ par sim præconia laudis
Grandi operi magno jam nunc accingerer ausu
Sed non sum Clariā, fateor nutritus in umbrâ,
Nec me Pierides doctæ fecere Poetam.
Audebo tamen, & versu tibi promere laudes
In culto, Jesu, satagam: quod amore stupendo
Humani generis sponte miseratus, acerba
Verbera, flagra, crucem, mortemq; sabire nefandam
Nil quicquam horrueris patienter quæque ferendo.

At



At vos Parthasio quæ degitis axe sorores
Longa quibus series ævi, quibus alta vetustas
Fidaque perpetuæ custodia credita famæ.
Dum tristem Christi cædem cano : numine vestro
Adspirate mihi ; tuque ò Jovis inclita proles
Huc ades : atque meum pectus vocemqne gubernas
Salomon ille animi quo non sapientior alter
Rex, cui posteritas similem & non sera videbit
Inter præclarè scriptis documenta libellis,
Quæs' vitijs fractos pulchrè instituisse paravit ,

Prov: Hoc habet : ingenia viridis qui filius, omnes

i3. Sustinet ille minas Patris, improbitate parata &
Fulmina pænarum : nec quid tentat iniqui
Ast scurræ scelerum majori fasce gravatique
Oris qui nimium duri mentisque protervæ
Quainvis se nor int gyaris & carcere dignos.

Non tamen hortatus curare minasque putantur
O quam multa tuis produci congrua verbis

Matth: (Et nimium) possent ò Rex Exempla : sed unum

26. Judæ, qui (mulier dum Christum perlit, audax

Marc: Contemnit factum, potius dividere myrthum
i4. Atque dari precium jubet arctæ sortis alumnis.)

A Christo curvos deprensus sumere mores
Dicitur invitium, rigidè & paullò magis audit.

Impatiens igitur, ceu scurra docerier, iras

Concipit ingenteis furijs accensus, & omnes,
Vindictæ spectans facies, in fata magistri

A quo ipsi data sunt meritorum pignora multa ;
Ultrices poscit manus ; at tegit improbus istas

Irarum tacito paulum sub pectore flamas.

1. Pet:2. Hæc ubi Rex Erebi, qui semper oberrat hiante,

Rictu, conquirens faciat sibi quem ferus escam

Nervos intendit studio (ingeniosus ad omnes

Namque est exitij facies) conservet ut istam

In Juda rabiem , stimulum & magis addit , avarum

Dum reddit nimium nummorum aurique petacem,

Mox

Mox ubi sic laqueis vincitum captumque teneret.
Efficit, ut porro crescat tam insana voluptas
In misero, nummos ut nocte dieque studendo
Acquirere, exhaeres fieret (res dira) salutis
Primores etenim populi, templique ministri,
Doctores gentis; sanctæ legisque magistri
Vipereumque genus Pharisaica turba, perosum
Christum habuere Deum pro certo qui fuit ille
Promissus fætus muliebri ventre futurus.
Nullaque cum fuerint reprobi vestigia facti
Materiem ut possint Christi præbere necandi
Proteus ille orci rabidus, cui plurima cædes
Iræque insidiæquæ & parva calumnia cordi est;
Impellit Judam Dominum ut divenderet ære.
Noverat hoc Christus (quid non cognosceret, oro,
Scrutator cordis quævis penetralia cernens)
Eventus igitur præsignificare futuros
Discipulis mortemque suam studet officijsque
Mulceret: En Extremæ peragunt dum fercula cænæ
(Mira cano) Christus labris splendentibus amnem
Ingerit & posit is bissenis ordinis alumnis
Sordida permulcet puris vestigia lymphis
Inde animos tristes monitis documenta ministrans
Imbuit & similem prædictit cuique ruinam
Non tamen exanimes mæstosque timore relinquit;
Quin mage turbatæ reddit solatia menti.
Hæc ubi facta forent; alto indulgere dolori.
Salvator visus, Judæ miseratus atroci
Immersi facto; nec enim (dictante propheta)
Exitium quærerit miseris mortalibus, etsi
(Sæpius offendant peccati crimina Jovam)
D' hinc ut ad auroram soboles Hyperionis auro
Purpurat & longe radiantia tela diei
Projiciens humiles convestit gramine terras;
Ille D e o satus, ille orbissator, ille catervæ
Angelicæ D e u s ipse, tribus mætore sub alto

Discipulis



Discipulis sumbris horti in loca svelta precandum.
Exit & ante suum suboles profusa parentem.
Grandes purpureo sudavit sanguine guttas.
Tempus erat Judas, quo proditor impius, hostes
Stans inter medios capiendo signa ministrat.
Nec mora conducti quævis facienda parati.
Tecta domus rabidi linquentes corripere armæ.
Hastas atque Enses redeunt ac si hostis ad esset.
Corripit & Judas se se, mox notes viarum.
Tramittens socios præcedit navus, at illi
Terga tenent presso que legunt vestigia gressu.
Jamque hortum collesque vident & amæna vireti
Culmina, quò Judas Dominum exivisse sciebat.
Accedunt, Martemque ferum Clypeosque facesque.
Quisque tenens, Jelum se quærere turba fatetur.
Armorum ast Princeps superari nescius armis
Qui non ignorat quæ quis gerat, ad stat & omneis
De super omni tuente oculo speculatus in actus
Spontè sua intrepidè, nil curans arma regessit.
Ille ego quem studio vos quærere dicitis ad sum.
Ipse vocor Jesus: neque me sententia vertit:
Dixerat: ast illi s'avoceu fulminis iactu
Protinus in terram sternuntur (tanta D E I vis!)
Instat at hic quærens, quem quærant: oscula figit.
Proditor ergo illi, comites sic noscere signum.
Incipiunt animasque traces corpusque gerentes
Corpus inerme D E I contorto fune ligabant.
Ducitur interea magnâ comitante catervâ,
Ad summos populi ceu scurra & pessimus unquam.
Nec dignus quem terra gerat cui lucet æther.
Illi turbæ ferox colaphos infringere pugno
Ausa est insonti diræque tonitrua lingue
Blasphemæ jaculata tubo collidere famam.
Diviniq; satus majestatisque Paternæ
Hic Pilata cohors Romani præsidis, atrox.
Objecit scuticis sannisque Herodia vulpes.

Nec



Nec satis & mortem tandem damnatus ad ipsam.
Heu medios inter scelerum quasi pompa latrones
Dispessis manuum palmis erurumque plicatu
Dira execrati suffixus ab arbore ligni est.
Ast locus hunc tristem quo perfert Christus agonem.
Golgatha supplicij sedes addicta malorum.
Dicitur: & campi qui sparsis ossibus albent.
Qualia in effossis confixerat ossa sepulchris
Ezechiel animata iterum cum sanguine vivo.
D'hinc latus immisit trajecit satrapa ferroque
E latere alternis promanat flexibus humor.
Sanguinis & pra dulcis aquae: at media agmina sontum.
Suppicio æquali pœnas ob farta luebant.
Horum alter reprobis diræ tonitrua lingue
Blasphemando tubo: petit auxilietur.
Christus, cum Jovæ compar Deus ipse vocetur.
Alter, divinæ cernens vestigia mentis
Arguit erroris socium submissaque fundit.
Murmura corde pio, dominum & sibi vincit amore.
Hæc ubi gesta, videns Deus horam mortis adesse.
Ore sitim fesso summam depellere curat.
Ast fel indultum est & fex morientis aceti.
Morte sitibundo: cogatur vi ipse Parentem.
Incusare, sui quod se gerat immemorem: inde
Morte caput flectens lutei mortale relinquit.
Corporis induvium: pia fata secutus amore.
Ast princeps regimen naturæ lampas olymbo
Astriferis comitata choris deflevit ad emtum.
Implicitumque solēm tenebris, hominesque coegerit.
Desperate diem cæli & sperare ruinam.
Talia tantaque passus & his graviora, nec ulli
Sat memorata prius, nec post memoranda sat ulli.
Oigitur tanto pro munere pendere munus
Quis posset dignum Christo, cum munere quovis?
Sit majus: nostrum nec res imitanda cuiquam?
O quanta hæc bonitas se mittere noctis in umbras

Cum



Cum præses cœli fuerit, summique propago
JHOVÆ, mille ejus cingebant terga ministri.
In terris nemo est qui serviat (immo reclinet
Quo caput ò summo quam res deflenda dolore
Non habet atque levi levior sic ducitur orno)
Quid quod cum immenso nostri flagraret amore,
Nil colaphos, nil vincla, crucem nil probra moratur
Nilquæ tuas curat mors ò tristissima cædes.
Quis non miretur? quid non stupor occupet artus
Codicis è sacri libris hæc tanta legenti?
Tunc precor Jesu, tantos perferre dolores
Tantaque probra vales, quanta unquam nemoves ausus
Nec potuit, meriti tantane est copia nostri.
Fallor & incantus nostrum genus offero laude
Nil nisi quod curvum quod inutile turpeque dictu
Sectari doctum? meriti hæc quæ gloria nostri?
Scilicet ipse agnus Paschæ, non umbra figuræ.
Tostus amore hominum cruciantis in arbore ligni
Ultrò non marito, quoquam cogente neç ullo
Se patris ultrici pro nobis devovet iræ
Peccatum jugulat mortis Chirographum aufere
Destruit infernum mortem omni robore privare
Ut mors jam non mors sed mortis larva vocatur.
Ergo tibi summas pro tanto munere grates
Dicimus ò Jesu submissa voce rogantes
Respice nos, fragiles cum deseret halitus artus
Summa dies terris cum fulserit illa, minacem
Et tuba per densas sonitum dabit horrida nubes
Interea tibi mane novo tibi vespere sero
Nocte canam mediâ carmen gratesque perennes.





PIA ET ORTHODOXA
MEDITATIO
de PASSIONE
**SALVATORIS
NOSTRI JESU
CHRISTI**

Viris Clarissimis, Doctiss. & Excellentiss.

DN. THEOPHILO HOMODEO.
DN. JOHANNI GLASERO.
Phil, & Med. D.D.

